Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



MAR

ex duodecim qui mittebat mecum
manum in catino. Et filius quidem
hominis uadit sicut scriptum
est de eo. ue autem homini illi per quem
filius hominis tradetur. Bonum
erat ei si natus non fuisset homo
ille. Et manducantibus illis.
Accepit iesus panem et benedi
cens fregit et dedit eis et ait. Su
mite hoc est corpus meum. Et ac
cepto calice gratias agens dedit
eis. Et biberunt omnes ex eo et
ait illis. Hic est sanguis meus
noui testamenti qui pro multis ef
fundetur. Amen dico uobis quod
iam non bibam de hoc genimine
uitis usque in diem illum cum illud
bibam nouum in regno dei. Et hym
no dicto exierunt in montem oli
uarum. Et ait eis iesus omnes
scandalizabimini in nocte ista quia
scriptum est. Percutiam pastorem
et dispergentur oues gregis. Sed
postquam resurrexero precedam
uos in galileam. Petrus autem
ait ei. Et si omnes scandalizati
fuerint sed non ego. Et ait illi ie
sus. Amen dico tibi quia tu hodie
in hac nocte priusquam gallus
bis uocem dederit ter me es ne
gaturus. At ille amplius loque
batur. Et si oportuerit me simul
commori tibi non te negabo. Si
militer autem et omnes alii di
cebant. Et uenerunt in predium
cui nomen gethsemani. et ait
discipulis suis. Sedete hic dum
orem. Et assumpsit petrum et
iacobum et iohan
nem secum
et cepit pauere et tedere. Et ait
illis. Tristis est anima mea us
que ad mortem. Sustinete et uigi
late mecum. Et cum processis
set paululum procidit super tra
et orabat ut si fieri posset tran
siret ab eo hora et dixit. Abba pat
omnia tibi possibilia sunt transfer
calicem hunc a me. Sed non quod
ego uolo sed quod tu. Et uenit et
inuenit eos dormientes et ait pet
Simon dormis. Non potuisti una
hora uigilare mecum. Vigilate et
orate ut non intretis in temptatio
nem. Spiritus quidem promptus
est caro autem infirma. Et iterum
abiens orauit eundem sermonem
dicens. Et reuersus denuo inuenit
eos dormientes. Erant enim oculi
eorum grauati. Et ignorabant quid
responderent ei. Et uenit tertio
et ait illis. Dormite iam et requi
escite. Sufficit. Venit hora. ecce fi
lius hominis tradetur in manus
peccatorum. Surgite eamus. Ecce
qui me tradet prope est. Et ad
huc eo loquente uenit iudas sca
riothes unus ex duodecim et cum
eo turba multa cum gladiis et fus
tibus missi a principibus sacerdotibus et
scribis et senioribus. Dederat au
tem traditor eis signum dicens. Quem
cumque osculatus fuero ipse tenete
eum et ducite caute. Et cum
uenisset statim accedens ad eum
dixit. Rabbi. Et osculatus est
eum. At illi manus in iecerunt.